alla quale attese poi il nostro Presidente, et da detti utenti gli fu esebita la Somma di Scudi Sei milla da essere pagati due mille nel termine d'un mese doppò celebrato l'Instromento di Transa-tione, ed il resto frà altri trè mesi, sendo poi sopravenuto il memo-riale di detti utenti sporto à V. E. col suo Decreto si è trattato detto ne-gotio in questo Magistrato alla presenza di detto Presidente, et dell'Avvocato Fiscal Squarciafico, nel qual è stato ricordato che transigen-dosi senza la riserva al Fisco di conseguir il pagamento liberati, et perciò havendo noi fatto chiamare il Ragionato Caresana acciò ci desse fede, di quanto importava la carata delle ultime due annate, esso ci ha esebito due fedi, dalle quali appare che l'annata dell'anno 1560. importò lire due milla quattrocento trentadue, soldi nove, et quella dell'anno 1593. importò lire mille settecento novantacinque; Et hau-uta al tutto la consideratione conveniente, abbiamo conchiuso, che si possa accettare l'oblatione di detti Sei milla Scudi, da lire sei per ciascuno, et venire alla detta Transattione nella forma, che si è osser-vato con gli utenti della Roggia di Romagnano, et della Vaccarina, con riserva però di conseguire il detto pagamento dell'annata, come sarà di ragione, nonostante la transattione che si farà; et caso che essi volessero esser liberati anco da tal pagamento, che in qual caso, atteso l'accrescimento, che sogliono far l'entrate abbiano da pagar mille Scudi di più delli detti Sei milla Et in questo è il parer nostro. Remettendosi però sempre al prudentissimo giudicio di V. E. qual N. S. conservi longamente, in Milano 16. Marzo 1610.

di V. E. humilissimi Ser. il Presidente, et Maestri delle Reg.

Due entrate straordinarie, et beni patrimoniali dello Stato di Milan

Joseph. Crassus Reg. Cam. Not.

1610 a 22 di Marzo. Letto etc. Il Magistrato straordinario conchiuse la transatione conforme al suo parere, venendo all'Instromento opportuno, che per poterlo fare Sua Eccell. gliene da autorità bastante, lasciando la pretensione dell'annata nello stato, che di presente si trova, con riserva alle parti delle loro ragioni Subscript. Poveria.

Hinc est quod pref. Illustriss. Don Laurentius Pilus J.C. Preses, Julius Aresius, et Hieronimus Cavalleria Iurisconsulti, ac Reymondus Esguerra omnes magistri Reg. Duc. reddit. Extraord. et bonorum patrimonialium Status Mediolani ad hoc specialiter deputati per Decretum Sue Eccell. superius insertum, nomine prefate Regie Camere etiam presente J.C. Augustino Dominico Squarciafico Advocato Fiscali filio q. [illegible] P.O. P.S. Stephani in Brolio foris e Mediolani, qui dicte cause, [illegible] tanquam deleg. S.E. dicte compositioni intervenit, et consensit etc. ex una. Comes Paulus Simonetta f. q. Jacobi P. N. P.S. Bartolomei intus Mediolani, Franciscus Pagnanus f. q. Lazzari P. V. P.S. Nicolai foris Mediolani, et Aluysius Lampugnanus f. q. Guidonis P. J. P.S. Sixti Mediolani electi, et confirmati ut supra, suis nominibus propriis, et uti speciales procuratores ad huiusmodi Instrumentum celebran pref. J.C. Jo Baptiste Palatij pubblico apparente Instrumento rog. per io Baptista Prandonum publ. Medid. Not. die hodie, pro quo quatenus opus sit, promittunt de rato, et de ratificari faciendo presens instrumentum sub reffect etc. Renunt. do etc. etiam exceptioni prom

-sionis facti abieni scientes etc. nihilominus etc. Electi, et confirmati ut supra tam suo nomine quam nomine pre-
-fatorum omnium utentium ex altera, titulo, et ex causa tran-
-sactionis, et alias omni meliori modo, via, titulo iure, et causa quibus melius etc. Convenerunt, et conveniunt.

Primo quod pref. Illustriss. D. Preses Polus, et Ill. D. Questore dicto Nomine ~~prefatorum omnium utentium ex altera, titulo, et ex causa transactionis~~, teneantur renuntiare, prout virtute pre-
-sentis conventionis, et transactionis renuntiaverunt, et renuntiant dicte omni litis et cause, ac dicte sententie ac omni pretensioni, quam pref. Reg. Fiscus, ejusque Reg. Duc. Camera quovis modo habet, et habere potest, ac possit, in, et super dicto Flumine Olone, ejusque causa et occasione et contra quoslibet utentes aquis dicti Fluminis vel uti posse pretendentes, pro quibus mota est lis. Que omnia jura, que dicta Regia Camera habet dictus Illust. Magistratus virtute auctoritatis de qua supra, transtu-
-lit, et transfert in prefato omnes utentes, ita ut pref. om-
-nes utentes liberi, et absque ulla exceptione dictis aquis, et Flumine uti valeant omni impedimento ipsius Regij Fisci pe-
-nitus cessante, salvo tamen semper dispositionibus No. Constit. quibus nullo modo censeatur derogatum, nisi respectu dicti iuris, et facultatis utendi dictis aquis, quorum respectu conveniunt partes, ut in posterum dictis utentibus nulla infe-
-ratur vel inferri valeat, controversia, quinimo teneantur

permittere, prout et nunc permittunt, quod omnia per dictum Ill. Magistratum et Regium Duc. Fiscum facta circa usum dicti Fluminis vel aliter in prejudicium dictorum utentium in pristinum reducantur, non obstantibus quibuscumque proclama-tionibus, edictis, preceptis, sententiis, et actis in favorem Fisci hinc retro secutis. Quae omnia, quatenus concernunt prejudicium dictorum utentium pro infectis habeantur. Quodque omnes utentes dictis aquis admittantur, et non impediantur, nec turbentur quoque modo circa liberum usum, et facultatem utendi dictis aquis, et Flumine et dependentibus ab eo, prout utebantur. Ad quem effectum etiam et alia ad omnem bonum finem etc. prefatus Illust. Magistratus fecit, et facit predicta omnia, et singula, quatenus expediat, et utile sit vel necessarium, et non aliter etc. dicti Fisci nomine cum solemnibus tenore cessione jurium, et actionum translatione Domi-nij et possessionis, seu quasi, solemni constituto, constitutione missi, et Procuratoris in rem suam, positione in sui locum ius, et statum, et cum promissione defendendi etc. pro suo dato, et facto tantum etc. ita quod ob iura tertijs competentia, et quae competere demonstrentur non teneatur Fiscus ad aliquod pretium pro rata resti-tuendum nec aliter etc. salvis tamen semper supra, et infra reser-vatis, et salvo quod non possint uti beneficio presentis Instrumenti, et contentorum in eo aliqui, qui non obst. per averint proportionibus

184

eorum promissis in pręsenti Instrumento, et taxa eis impositam
et imponendam, etiam iuxta ordinata per Exc. Sen. non solverint in
terminis eis intimatis, seu intimandis, sed omne ius accrescat aliis
solventibus, et observantibus contenta in pręsenti Instrumento.

Secundo, quod pręfati utentes teneantur, prout ita pręfati electi suo, et
Nomine dictorum utentium aquis dicti Fluminis, promiserunt, et
promittunt solvere in Reg. Duc. Thesauraria Mediolani Scuta sex
mille a libris sex Imper. pro quolibet Scuto in terminis infrascriptis
videlicet Scuta duo mille in termino unius mensis prox. fut. et reli-
-qua Scuta quattuor mille in termino trium mensium, successive
subsequuturorum, ad quorum Scutorum sex mille solutionem te-
-neantur in terminis prędictis pręfati Electi singuli pro rata huius
summę ita tamen, quod Camera teneatur omne auxilium illis pres-
-tare in exigendis portionibus ab omnibus, et quibuscumque utenti-
-bus iuxta taxam ut supra faciendam, prout pręf. Electi, et eorum
singuli pro rata dictę summę solvere promiserunt, et promittunt
in terminis prędictis, salva illis semper exactione facienda ab
omnibus utentibus uts. et quam Summam solvere promiserunt
pręf. Electi in terminis prędictis, omni exceptione remota, sub
obligatione Bonorum suorum etc. cum pactis executivis etc. et in
forma Camerę etc. Et quę scuta sex mille sint etc. esse intelli-
-gantur pro omni et toto eo, quod pręf. Reg. Fiscus, seu Regia Camera
et pręfati Ill. Magistratus pretendere potest, potuisset, et posset
super dicto Flumine, eiusque causa, et occasione, et pro omnibus inde

dependentibus, et a dictis utentibus, et quolibet eorum, ita quod dicti utentes nullam amplius pro predictis pretensionibus, vel a-qua earum pati possint molestiam, sed liberati intelligantur gene-raliter, et generalissime etc.

Pacto tamen expresso, et reservato, quod per presentem transactionem nullum censeatur illatum preiudicium Camere circa ius exigendi annatas tam preteritis temporibus impositas, quam in futurum imponendas, sed tran-sactione ista non obstante, possit, et valeat Reg. Camera annatas e-gere ab illis, qui ad annatam de iure tenentur, ita quod respectu dic[ti] oneris annate per presentem conventionem non censeatur illatum aliquod preiudicium Reg. Cam. nec particularibus utentibus, sed iura tam Camere, quam particularium illesa sint, et conserventur, ac in eo statu sint, prout erant ante presentem transactionem, et conven-tionem, quia sic etc.

Renuntiando etc.

Promittentes etc.

Que omnia etc. Pacta executiva etc.

Insuper iuraverunt etc. habere ratum etc. et non contravenire etc. etiam sub refectione etc.

Et de predictis etc.

Actum in Camera Tribunalis pref. Ill. Magistratus ipso Tribunali sedente, presentibus Antonio Benzono filio Io. Pauli P. P. S. Petri in Campo Laudensi intus Mediolani, et Iulio Cesare Vicomer[cato]

filio Ce. Pauli P. N. P. S. Stephani ad Nuxigiam Mediolani
Prinotarijs etc.

Testes Io Thomas Gallaratus I. C. Collegiatus f. q. Alphonsi olim
Reg. Duc. Senatoris P. N. P. S. Eusebij Mediolani, Io Baptista Bran-
-donus fil. q. Pauli P. V. P. S. Mariæ ad Circulum Mediolani noti, et
Bartholomeus de fattis f. q. Iacobini P. N. P. S. Petri ad Cornardum
Mediolani, omnes idonei etc. Subscript cum signo Tabellionatus ante-
-posito.

Ego Iosephi Grassus f. q. Cristophori P. O. P. S. Babillæ intus Medio-
-lani publ. Imperiali, Apostolicaq; auctoritatibus, ac R. D. C.
Mediolani Not. suprascriptum Instrumentum rog. tradidi, et
pro fide subscripsi.

Confirmatione, et ratificatione fatta da S. M. Cat-
-tolica dell' Instromento di transattione, seguita trà
il Regio Fisco per una parte, et gli utenti dell'
acque del Fiume Olona per l'altra parte. ~

Philippus Dei gratia Rex Castellæ Legionis Aragonum, Utriusque;
Siciliæ, Hierusalem, Portugaliæ, Navarræ nec non Indiarum etc.
Archidux Austriæ, Dux Mediolani, Burgundiæ, et Brabantiæ, Comes
Habspurgi, Flandriæ, et Tirolis etc. Recognoscimus, et notum faci-
-mus tenore presentium universis nobis expositum fuisse ex parte
utentium aquis Fluminis Olonæ Status nostri Mediolani inter
eos, et Regium Fiscum nostrum prædicti Status in lite orta inter

ipsos utentes memoratis aquis ad pactum, et transactionem devenisse, cuius pacti, et transactionis Instrumenti tenor sequitur in hunc modum.

Ponatur tenor.

Deco nobis humiliter supplicando, ut predictum pacti, et transactionis Instrumentum approbare, confirmare, et ratificare dignaremur. Nos igitur petitioni predicte libenter duximus annuendum: tenore igitur presentium, de certa nostra scientia, Regiaq; et Ducali Auctoritate nostra, deliberate, et consulto maturaq; Sacri nostri Supremi Consilij accedente deliberatione, et in vim motus proprij, ac omnibus meliori modo, iure, via, causa, et forma quibus melius, validius, et efficacius fieri potest, prefatum Transactionis instrumentum, ac omnia, et singula in eo contenta, in omnibus suis punctis Clausulis Articulis, sententijs, et continentijs, a prima ejus linea usq; ad ultimam, prout iacet, de verbo ad verbum approbamus, confirmamus, et ratificamus nostrique huiusmodi Laudationis approbationis, et ratificationis munimine, seu presidio roboramus, et validemus. Decernentes, et expresse volentes, hanc nostram approbationem, confirmationem, et ratificationem valere, et tenere perpetuam firmitatem, et robur, tam in judicio, quam extra, et inviolabiliter observari debere, non secus, ac si à nobis factum fuisset, supplentes omnes, et quoscumque defectus tam iuris, quam facti, et cuiuslibet alterius solemnitatis intrinsece, et extrinse

formalis, a jure, vel consuetudine requisitæ si qui forsan
in premissis, aut premissorum aliquo intervenissent, aut
intervenisse dici, aut allegari quoquomodo possint, non obstanti-
-bus quibuscumq; legibus, statutis, constitutionibus, reformationi-
-bus, aliq; decretis Mediolanen Dominij, et alijs omnibus quibus-
-cumq; tam in genere, quam in specie, contrarium facientibus,
aut aliam formam dantibus, etiam si talia essent de quibus
specialis et individua mentio his nostris esset facienda, quibus
omnibus, et singulis eorum tenores hic pro insertis et specificè
declaratis habere volentes, quatenus huic nostræ approbationi, et
ratificationi obstarent, seu eius executionem quomodolibet impe-
-dirent, hac tantum in parte derogamus, et derogatum esse volu-
-mus, et iubemus. Mandantes propterea Ill.st. Gubernatori no-
-stro præsenti, et futuris, Præsidi, et Senatui, Præsidibus, et Magis-
-tris utriusq; Magistratus Thesaurario nostro generali, cæterisq;
officialibus, et subditis nostris Mediolanensis Dominij, ad quos spec-
-tat, et spectabit, ut memoratum pacti instrumentum ac omnia
et singula in eo contenta, et hanc nostram confirmationem te-
-neant, firmiter, et observent teneriq; et inviolabiliter observari
faciant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostram con-
-firmationis paginam infringere, aut ei quovis ausu teme-
-rario contrafacere, sub gravissima indignationis nostræ pena, ac
alijs arbitrio nostro imponendis. Harum testimonio litterarum
manu nostra subscriptarum, et sigilli nostri appensione mu-
-nitarum. Dat. in domo nostra de Aranxuez die tertio mensis

Maij anno a Natiuitate Domini Millesimo Seccentesimo undecimo.

Yo El Rey.

Vidit Lanz Regens | Vidit Celestius Regens
Vidit Quintana Dueña Regens | Vidit Casmus Regens
Vidit M. Antonius de Ponte Regens | Vidit Polus Regens

Ad mandatum Regis et Catholicae Majestatis proprium.

Ludovicus Ortiz de Matienço.

In provis. Mediol. 20. fol. 8.

Confirma V. Magestad el contrato que se hizo entre el Regio, y Duc. Fisco del Estado de Milán, y las personas aquien se hizo cargo de haver sacado de el Rio Olona cantidad de agua por aregar las tierras.

190